



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

13. Testatoris voluntas seruanda est. & quomodo ea accipiatur in
constitutione Gardiani simpliciter facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

men inane tantum habere videtur: cum nulla
distributio, vel commissio sibi relicta sit, vt. C.
de ferijs. l. à nullo. extra de verb. sig. c. forus.
§. in omni. 68. distin. corescopi. in fi. Consuetu-
do tamen generalis habet, quod talis videatur
constitutus executor & commissarius, vt in
predictis iuribus. & ff. de leg. 3. l. hoc legatū.
& ff. pro socio. l. coiri. quod firmat idem Spe-
d. §. nūc aliqua. ver. quid ergo si testator. quo-
niam consuetudo, est optima legis interpres:
extra de consuetu. c. cum dilectus. & ff. de
legibus. l. si de interpretatione. maxime, si di-
xit executores certæ rei, vel quantitatis.
† Fallit. i. quando appareret de voluntate testa-¹³
toris: quia illa est seruanda. ff. de verb. signi.
l. quisquis. ff. de rebus dub. l. qui heredi. Fallit
secundò, quando testator dixit: facio Titium
Gardiatores meū, vt eius consilio legata sol-
uantur, & distribuatur: quia nullum officium
sibi commissum videtur: argu. l. pater. & l. Ti-
tium & Menium. in prin. ff. de lega. 2. idemq;
placet Ioan. Andr. in addi. dicti ver. nam talis
licet teneatur consilium requirere: non debet
illud sequi. extra de arbi. c. cum olim, & de
elect.

B elect.

elect. cum in veteri. Sed sit consilij requisitio ad hoc, vt videatur si posset alios in suam protrahere sententiam: vt not. in d. c. cum olim. & per Ioan. Andr. in c. nullus ex consilio. de regu. iur. lib. 6. & ff. de arb. l. item, si unus. §. si. cum l. seq. Licet talis posset dici honorarius executor: ar. ff. de admi. tut. l. si plures. §. 1. 33. dist. c. 1. ver. 1. & extra de maio. & obed. c. 1. Fallit. 3. si testator dixit: quòd fieret executio eius arbitrio: quia recedi non potest à persona: vt. l. si quis arbitrato. cum. l. seq. ff. de verb. obli. ff. de contrahen. emp. l. fin. ff. quarum rerum actio non detur. l. 1. in prin. & sic erit quasi executor & honorarius, vt proxime dixi.

- 14 † Septimò dici possunt negotiorum gestores propter quandam, quam cum eis habent similitudinem. † Quod Spe. non placet in versi. de
- 15 executore autem quæritur quoniam negotiorum gestor est, qui sine mandato alterius negotium administrat. l. ait prætor. §. si. & §. hac actione. ff. de neg. gest. instit. de oblig. ex quasi contractu. in prin. Sed executor gerit officium cura & sollicitudine cum mandato atq; commissione